

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

"Nobilibvs athletis"

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

M. VITRVVII
DE ARCHITECTVRA,
LIBER NONVS.



O BILIBVS ATHLETIS, Q VI O=
lympia, Pithia, Istmia, Nemea, uicissent; Græcorū ma-
iores ita magnos honores constituerunt, uti non modo
in conuentu stantes cum palma & corona ferant lau-
des, sed etiam cum reuertantur in suas ciuitates cum ui-
toria, triumphantes quadrigis in moenia et in patrias inuehantur, è rēq;
publica perpetua uita constitutis uectigalibus fruantur. Cum ergo id a=>
nimaduertam, admiror, quid ita nō scriptoribus ijdem honores, etiamq;
maiores sint tributi, qui infinitas utilitates æuo perpetuo omnibus genti-
bus præstant. Id enim magis erat institui dignum, quod Athlete sua cor-
pora exercitationibus efficiunt fortiora, scriptores non solum suis sensus
perficiunt, sed etiam omnium libris ad discendum, & animos exacuen-
dos preparantes precepta. Quid enim Milo Crotoniates, quod fuit ini-
tius, prodest hominibus? aut cæteri qui co genere fuerunt uictores, nisi
quod dum uixerunt ipsi, inter suos ciues habuerunt nobilitatem? Pytha-
goræ uero precepta, Democriti, Platonis, Aristotelis, cæterorumq; sapi-
entum quotidiana perpetuis industrijs culta, non solum suis ciuibus, sed
etiam omnibus gentibus recentes, & floridos edunt fructus: e quibus qui
ateneris etatibus doctrinarum abundantia satiantur, optimos habent sa-
pientie sensus: instituuntq; ciuitatibus humanitatis mores, æqua iura, le-
ges: quibus absentibus, nulla potest esse ciuitas incolamis. Cum ergo tan-
ta munera ab scriptorum prudentia, priuatim publiceq; fuerint homini-
bus preparata, non solum arbitror palmas & coronas his tribui opor-
tere, sed etiam decerni triumphos, & inter deorum sedes eos dedicandos
iudicari. Eorum autem cogitata utiliter hominibus ad uitā explicandam,
è pluribus singula paucorum, ut i exempla ponam, quæ recognoscentes ne-
cessario his tribui honores oportere homines constabunt: & primum
Platonis è multis ratiocinationibus utilissimis unam, quemadmodum ab
eo explicata sit, ponam.

CC 2 PLA

VITRV

imales: ita
ubus ratio
que si per
lumen u
tuaria, ita
Cum hec
sita sepiæ
ut in imum
à superiori
ac sunt fa-
centum desi
ßima mor-
spon deant:
mentum alti
iectibus cal-
an imum pa-
imentum ad
a aut tripli-
t, multo salu-
bifidat, lumi-
n, saltem ade-

eat

VITRV